Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Matheus

audientes iesu visio terremotu et hiis q fiebat timuerunt
valde dicentes Vere filius dei erat iste Erant aut ibi et mlieres
multe a longe q seuiebant iesu a galilea ministrantes ei inter quas
erat maria magdalene et maria iacobi et joseph mr et mr filiorum
Zebedei Cum aut sero factum esset venit quidam homo dives ab arimate
thia nomine joseph qui et ipse erat discipulus iesu hic accessit ad
pilatum et petiit corpus ihu Tunc pilatus iussit reddi corpus ihu
Et accipiens corpus joseph involuit illud in sindone munda et posuit
illud in monumento suo novo quod exciderat in petra · et advolvit saxum
magnum ad hostium monumenti et abiit Erant aut ibi maria mag
dalene et altera maria sedentes contra sepulcrum / Altera aut die
q est post parasceven Convenerunt principes sacerdotum et pharisei
ad pilatum dicentes · Domine recordati sumus quod seductor ille dixit
adhuc vivens post tres dies resurgam Iube ergo custodiri sepul
crum usque in diem tertium ne forte veniant discipuli eius et furentur
eum et dicant plebi Surrexit a mortuis · et erit novissimus error
peior priore · Ait illis pilatus · Habetis custodiam Ite custodite
sicut scitis Illi aut abeuntes munierunt sepulcrum signantes lapidem cum custodibus

28 Vespere aut sabbati quae lucescit in XXVIII
prima sabbati venit maria magdalene et altera maria
videre sepulcrum · Et ecce tremotus factus est magnus Angelus
aut domini descendit de celo et accedens revolvit lapidem et sedebat
super eum Erat aut aspectus eius sicut fulgur et vestimenta eius
candida sicut nix prae timore autem eius expaverunt custodes et facti
sunt sicut mortui Respondens aut angelus · dixit mlieribus
Nolite timere vos · Scio enim quod iesum qui crucifixus est quaeritis
non est hic Surrexit sicut dixit Venite et videte locum ubi po
situs erat dominus · et cito euntes dicite discipulis eius et petro quia
surrexit · ecce praecedet vos in galileam ibi eum videbitis ecce praedixi
vobis Et maria magdalene et altera maria exierunt cito
de monumento iesu cum timore et gaudio magno · currentes nun
ciare discipulis suis · et ecce iesus occurrit eis dicens · Avete
Ille aut accesserunt · et tenuerunt pedes eius et adoraverunt eum
Tunc ait illis iesus Nolite timere · Ite et nuntiate fratribus meis
ut eant in galileam, ibi eum me videbunt Que cum abissent